



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Scitis agrum.

Astutum hoc est Absalonis factum, ut uel damno cogat amicum uenire &c.

Quod si memor.

Mentitur prudentia carnis, ut ista rhetoricatione persuadeat Dauidi ut in gratiam recipiat, quo liberius postea sue seruiat ambitioni &c.

## CAPVT XV.

**S**icut per Saulē, qui beneficia Dauid senserat, agitur ne Dauid fiat rex, ita per Absalonem proprium filium agitur ne maneat rex. Et utraq; insania non uidet sibi negocium esse potius cū deo quā cum Dauide, Deus enim uult hunc esse regem, illi nolūt, alter ne amittat, alter ne nō occupet regnū. Non mirum ergo si pereūt, dei enī uolūtati quis resistet? secundū illud psal. Dominus dissipat cōsilia principū &c. Promissio dei est, Firmabo regnum tuum in eternū, Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Sed crux interim erat ferenda, quam cōminatus erat, Suscitabo, inquiēs, tibi malitiam de domo tua. Vt fides qua credebat promissioni dei probaretur. Quid enim hic non patiebatur fides illa, dū sic quicquid promissum est una hora simul auferrē uidebatur? Dominus igitur est qui deducit ad infros & reducit, ad desperationem adigit & glorificat.

Currus &c.] Ista facit ut filius regis, & tamē alia  
ad habebat in animo, nempe ut magnifieret in popu-  
lo, & postea data occasione ad defectionem populum  
solicitarēt. Et mane.] Nihil negligit ista impia hy-  
pocrisis, ut consequatur quod uelit, uel occiso patre,  
si aliter fieri nequeat.

Quis me &c.] Optantis oratio est in scripturis,  
q. d. Utinam ego constituerer &c. ut & in psal. Quis  
dabit ex Sion salutare Israël? Solicitabat.] ele-  
ganter ex Heb. furabatur. Id enim faciunt deceptores  
hypocritæ, ut bona specie & iustitiæ colore auferant  
nobis ignorantibus corda nostra, ut decepti sentiamus  
pro eis. Post quadraginta annos.  
Scilicet regni Iudæorum à prima unctiōe Davidis,  
quemadmodū uulgo interpretantur, quibus non con-  
uenire uidetur, ut de annis Absalonis intelligatur, qui  
natus est Davidi in Hebron, & David quadraginta  
tantū annis regnauit &c. [Vadam.] Mentitur sa-  
crificium & uotum, dum hypocrisi & fraude querit  
regnum. Exploratores, id est nuncios & uo-  
luntatis eius significatores. Regnauit] Id est, rex  
factus est, quemadmodū in psalmis, Dominus regna-  
uit, id est, regnum accepit.

Porro. Hoc ad astutiam carnis & huius hypo-  
criteos attinet, ut seducātur corda simpliciū, & igno-  
rent quid mali agatur sub specie bona etiā illi qui ne-  
gocio

gotio fauent quasi iusto, dum nihil mali suspicantur.

**Achitophel.** Iste adeo prudens fuit secundum sapientiam carnis, ut infra huius consilium non nihil timere uideas ipsum etiam Dauidem.

**Victimas.]** Sub specie cultus dei, uides quid contra deum tentetur per huius Absalonis hypocrisim, Quemadmodum nunc sacris omnibus abutuntur, ut consulant suæ ambitioni, & ubi quid contra euangeliū statuendum est missa canitur de sancto spiritu &c.

**Fugiamus.]** Cedit Dauid presenti furori, nec armata manu uult se defendere, committens rem deo, ne propter se omnem populū Israël in periculum adducat, Vide psal. 7. qui Dauidi fugienti & maledictiones Semei audienti inscribitur.

**Pedibus.]** Aliud enim properatibus non licebat.

Et reliquit.

Dauid per hoc domui suæ consultum iudicabat, sed iudicio dei hoc factum est, ut uerum fieret uerbū prophete, Tollam uxores tuas &c.

**De Crethi & Plethi]** supra diximus.

**Getheos,]** Profelytas ex gentibus dicit, nisi illos accipias Iudæos qui cum Dauid in Geth palestinorū fuerant, qui sexcenti fuisse leguntur, ut appellationem inde acceperint, & illic cum Dauid morati sint.

**Ethai.]** Hunc esse profelytū qui breui Iudæis accesserit quis ex textu non uidet? Vnde & alios Gethæ

os profelytos fuisse puto. Fidelitas autē huius Gethai describitur ut amplius Absalonis & Israëlitarum infidelitas uideatur. Alienus sequitur Dauidem eiectū, propriū regnantem eijciunt, quemadmodum & Christum uidemus à Iudæis abiectum, à gentibus susceptum. Ioan. 1. In propria uenit &c.

#### Venit Sadoch.

Arca cum sacerdotio solebat educi ut inuocatione dei uincerent aduersarios, sed hoc ipsum postea prohibuit Dauid. 1. Para. 23. & post eum Iosias. 2. Para. 35. sentientes sacramenta dei non sic eijcienda, ut olim quando Philistæi capiebāt arcam, ne quando fieret plaga quæ Bethsamitis contigerat & Osæ, & deum sola fide inuocari posse sine arca &c.

#### Si inuenero.

Hæc est plena nostri mortificatio ita nos resignare manibus dei &c. Atq; hoc agit istis tentationibus benigna patris manus, ut ad hunc sensum nos perducatur. Postea non potest perire ne capillus quidem capitis nostri, quia omnia resignauimus illi ex cuius manu nemo rapere potest.

Ouidens. Videntē siue prophetā uocat, ut supra dictū. 1. Reg. 9. Achimaas & Ionathan filij sacerdotū internūcij sunt Dauidis nūciantes quid agatur in ciuitate Hierusalem, ut postea leges.

Achitophelis Consilium timet, quia prudentissimus erat & maximæ autoritatis, ut sequenti cap.

nides. Exauditā hanc orationem sequens historia insigniter declarat. Atq; huc pertinet, q̄ deus statim Dauidi offert Chrysi non solum prudentem sed & pium uirū, nec minus potentem apud Israëlitas, cuius opera Achitophelis cosilium dissipatum est &c.

ALLEGORIA. Saul ueritatis regnum non admittit, Absalon uastare nititur. Ita semper in populo Iudeorum imò & ante, hypocritæ qui sancta iustitiæ specie decipiunt populū & sua quærunt, regnum ueritatis dei oderūt. Hinc & multa passi sunt sancti patres & prophetæ. Nec aliter hodie cum euangelio agūt decepti & excæcati & alios decipientes, ut simul in foueam perditionis æternæ ruant, nisi deus audiat hanc orationem Dauidis. i. piorum, Psal. 7. Exurge domine in ira tua &c. & synagoga populorū circumdabit te, & propter hanc in altum regredere &c. Quam uero promissum hoies ad hypocritarū mendacia, quia pietatem promittunt, quis nō uidet uel in hac historia? Oīs accurrunt, & cōtra dei principē. i. ueritatis professorem statim conspirant, quē antea sequebātur. Hi sunt qui ad tempus credūt, & in tempore tentationis recedunt, atq; adeo etiā persequūtur & dānant. Nunq̄ enī uere crediderunt, sed mouētur omni uento doctrinæ &c. Verū quibusdā ista tentatio & error ad tēpus ita accidit in salutē, ut Dauidi persecutio & peccatū. Mirabilis est deus, nos nihil præscribere possumus. Fit enim

ut agnito post errore magis agnoscant dei benignitatem. Præterea & Christi persona in Dauide significata est, quæ Iudæi noluerunt regnare super se licet constitutum regem à deo, sed extra Hierusalē eijcientes crucifixerūt, ut ita uolente deo fieret rex & Iudæorū & gentium. Daud ne in hac morte quidem qua nunc tenebatur perit, inferos hic illi fuisse quis dubitat? Ita & Christus per mortem & inferos transiuit ad regnum æternum, Vnde & hic ipsa loca conueniunt historię Christi, Daud egreditur ex Hierusalem (ut Christus post ultimam cœnam) trans torrentem Cedron, tristis & flens in montem oliuarū, ut oret &c.

## CAPVT XVI.



Ria hic dicuntur. Mendacium Siba, Maledictio Semæi, Illo decipitur Daud, in hac seruat innocentiam, ut uideas manifestum inimicum non tam esse timendum ac adulatorem & amicitie specie fallentem. In altero ergo peccat Daud stulte credens mentienti, In altero summæ innocentie & pietatis edidit exemplū. Tertium est turpe Achitophelis consilium, de quo infra dicemus.

## Remansit.

Adeo uerisimiliter mentiebatur Siba, ut etiam infra cap. 19. non potuerit Daud à sententia se temperare, licet remisit aliquid, nempe ut diuiderent dominus